

ACLARACIONES

AL

LIBRO DUODÉCIMO

(A) pág. 44.

EL IMPERIO Y LAS REPÚBLICAS.

Las relaciones entre el imperio y las repúblicas, en tiempo de la paz de Constanza, aparecen mejor que en ninguna otra parte, en un diploma de Federico Barbaroja, dirigido al Común de Luca, que se hallaba en el archivo secreto de Estado de aquella ciudad. Dice así :

« In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis.

Fredericus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, dilectis fidelibus suis consulibus Lucanis, et universo populo tam presentibus quam futuris in perpetuum. Sinceritas eximia vestræ fidelitatis, quam inter cæteras imperii nostri civitates hactenus erga nos excellenter intuistis, nos invitat ad futurorum memoriam-scripturæ ministerio declarare, qualiter in conspectu domini dilecti nostri Rainaldi Coloniensis archiepiscopi electi, et Italiae archicancellarii, et imperatoris nostræ majestatis legati, in burgo qui dicitur S. Genesii, in ecclesia S. Christophori, Rossus, Guadardus, et Guilelmus majores Lucanæ civitatis consules, quisque pro se ad sancta Dei Evangelia juravit ita :

Ego ab hac hora in antea fidelis ero domini Frederici Romanorum imperatoris, sicut de jure debeo domino imperatori meo ; et non ero in facto, vel in consilio, sive auxilio quod perdat vitam, vel membra sua, vel coronam, vel imperium, seu honorem suum, vel quod in captione aliqua contra voluntatem suam teneatur ; et bona fide jurabo eum retinere coronam et honorem suum, et nominatim civitatem Lucanam, et jus comitatum, et quæcumque regalia quæ de jure in ea debet habere intus vel foris. Hæc omnia contra omnes adjuvabo eum retinere bona fide, et si perdidit recuperare, et credentias suas quas per se vel per suum certas mihi significaverit, bona fide celabo et præcepta ejus quæ mihi fecerit de pace servanda, vel guerra in Tuscia facienda, sive de regalibus suis adimplebo, nisi per parabolam domini imperatoris, vel domini archicancellarii, vel ejus certi missi remanserit, et fodrum et per episcopatum et comitatum Lucanum bona fide recolligi jurabo, cum ab ejus certo misso ad hoc destinato requisitus fuero. Et homines civitatis Lucanæ idem sacramentum fidelitatis domini imperatoris pro posse meo jurare faciam bona fide. Et stratum non offendam, et ne ab aliquo offen-

datur bona fide pro posse mea defendam et vindicabo. Et dabo domino imperatori Frederico in expeditione versus Romam, Apuliam et Calabriam milites viginti, et ad illos terminos, quos dominus imperator per se vel per certum suum missum ad hoc destinatum imposuerit mihi. Et conventionem factam de pecunia quadringentarum librarum annuatim solvendo observabo ; et nullum recipiam in consolatui, qui hoc sacramentum de pecunia solvenda non juret ; et hæc omnia observabo, nisi quatenus remanserit per parabolam domini imperatoris, vel domini archicancellarii, vel alterius sui certi missi nominatim ad hoc destinati. Quæ quidem omnia acta sunt in presentia comitis Gerardi, et comitis Aldibrandini, et comitis Alberti, et quorundam consulum Pisanorum, Florentinorum, et Pistorien. et aliorum multorum, anno Dominicæ Incarnationis 1162, vi idus julii, indict. x.

Postea in eodem mense et anno aliquantibus diebus interpositis, videlicet idus julii, Lambertus filius Solatte, et Guiducius, et Carolus majores Lucanæ civitatis consules, eodem modo et ordine, infra Lucanam civitatem in publico parlamento, in presentia prælibati archicancellarii, et aliorum quamplurium prope ecclesiam et canonicam Sancti Martini Lucani episcopatus totum scriptum fecerunt.

Concordia vero inter nos et Lucanos consules quomodo sit et esse debeat, per eundem Rainaldum Coloniensem electum, et archicancellarium Italiae atque imperatoris majestatis legatum facta talis est, videlicet quod ipsi consules, a proximis kalendis augusti usque ad sex annos, debeant omnia regalia quæ habent tam in civitate quam extra, salvo fodro domini imperatoris, extra civitatem libere tenere, dando in Purificatione beate Mariæ in unoquoque anno domino Frederico Rom. imperatori, vel suo certo misso nominatim ad hoc delegato, quadringentas libras Lucanæ monetæ publice probatæ ; et ipsis sex annis transactis, ipsa prælibata regalia prælibato domino imperatori resignabunt, et per parabolam prædicti Frederici imperatoris vel ejus Rainaldi Coloniensis electi, et Italiae archicancellarii, vel sui certi missi ad hoc destinati.

Præterea dominus imperator concedit civitati Lucanæ, ut eligant omni anno ex se consules quos voluerint, qui debeant jurare, ita videlicet, quod guidabunt et regent populum et civitatem Lucanam ad honorem Dei, et ad servitium domini imperatoris Frederici, et ad ipsius civitatis salvamentum.

Et ex ipsis consulibus qui electi fuerint ibunt omni anno in presentia ipsius domini imperatoris Frederici si in Italia fuerit, aut unus si in Alemania fuerit, recepturi investituram a domino imperatore vice omnium. Et si domino imperatori placuerit quod Luca solvant duci solidos mille, quos convenerunt, tanto minus domino imperatori de prædicta pecunia usque ad prædictum terminum solvere debent ; alias secundum prædictum ordinem totum solvere debent. Item consules qui fuerint electi omni anno, si non habuerint juratam domino imperatori fidelitatem, eam jurare debent. Et hanc totam conventionem nostram par nostrum mandatum et auctoritatem ab eodem Coloniensi electo et Italiae archicancellario factam presentis paginæ scripto corroboramus, ac sigillo majestatis nostræ confirmamus. Hæc autem omni concordia firmata et habita est inter nos et civitatem Lucanam per Rainaldum Coloniensem electum legatum nostrum, ac prænominatos Lambertum et Guilelmum Lucanæ civitatis consules pro se et suis sociis consulibus in predicto burgo S. Genesii, in domo Rambotti, in presentia Rolandi de Octavo, Tignosi Causidicorum. Dati Cherinchi. Malusi, Uberti Sandei, et alior, etc. Dominicæ Incarnationis anno 1162, vi idus julii, indict. x. »

El que haya puesto atención á cuanto decimos respecto de las magistraturas y privilegios de las ciudades, encontrará en este documento una aclaracion y confirmacion de aquellas noticias. La libertad llegó á su madurez con el trascurso del tiempo, y en 1209 Otón IV concedió á la misma ciudad otro privilegio, que es útil confrontar con el que antecede para ver los adelantos que hizo la constitucion interior y exterior en aquel medio siglo. (Las explicaciones dadas sobre ello en la *Memorie e documenti per servire alla storia lucchese*, vol. I, no suministran nuevas luces históricas ; pero se desprende que este volumen fué impreso en 1813, si bien los académicos mostraron mucha mayor sabiduría, en los últimos.)

« In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Amen.

Octo quartus, divina favente clementia, Romanorum imperator semper augustus. Imperialis excellentiæ nostræ decet eminentiam devotos fidelesque suos sua clementia respicere, et pro beneficiis digna munificentia suæ beneficia liberaliter impertiri. Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, quod nos, cognoscentes ex privilegiis antiquis antecessorum nostrorum divorum augustorum, et ex multis obsequiis quæ fideles nostri Lucenses cives in primo adventu nostro ipsi majestati nostræ honorabiliter exhibuerunt, ipsos ferventer devotionem ac fidem indefessam ad honorem et exaltationem romani imperii multis laboribus et expensis semper ostendisse, de imperiali clementia ipsos cum omnibus bonis et rebus eorum mobilibus et immobilibus sine speciali imperiali nostræ defensionis patrocinium recipimus. Insuper concedimus eis, juxta privilegiorum suorum tenorem, et imperiali auctoritate statuimus, ut nullus hominum, nullaque potestas cujuscumque dignitatis murum Lucanæ civitatis antiquum sive novum in circuitu frangere audeat, et domus quæ infra hunc murum edificabuntur, vel jam sunt edificatæ aut circa in suburbio, nullus mortalium aliquo malo ingenio sine legali judicio deponere præsumat. Volumus etiam et præcipimus quatenus imperiale palatium nostrum in ipsa civitate Lucana vel extra in burgo eorum non edificetur, vel hospitium capiantur ibi vi vel aliqua potestate, de speciali gratia ipsis concedentes, quatenus nulli hominum fodrum aliquod persolvatur, curaturam ili-

quam seu ripaticum a Pavia usque Romam vel in civitate Pisana, vel in ejus comitatu. Addimus etiam ut, si qui hominum introierint fluvium Serculum, Muttonem aut mare cum navi sive cum navibus causa negotiandi cum Lucensibus, aut ipsi Lucenses cum eis, nullus hominum eos molestare, aut cum negotiatores venerint a Luni usque Lucam per stratum, nullus hominum eos strata retorqueat, aut venire aut recedere prohibeat, sed per omnia et in omnibus veniant usque Lucam securi, omni contradictione remota. Præcipimus insuper imperiali edicto, ut ab ipsa civitate Lucense infra sex miliaria nulla castella, sive munitiones ædificentur ab aliquo, et si aliqua fuerint edificatæ contra hanc nostram prohibitionem, illico nostro et imperii auxilio, ac plena nostra licentia funditis destruantur. Concedimus et indulgemus, ut si aliquis horum possessionem alienius rei per annos triginta habuerit, si autorem vel datorem ostendere potuerit per pugnam aut duellum, inde nulli teneatur respondere. De speciali gratia omnibus eis indulgentes, ut in foro S. Domini, et in foro Parmensi plenam licentiam habeant ac libertatem imperiali auctoritate emendi, vendendi ac res suas quolibet modo commutandi. Interdicimus quoque ac omni modo inhibemus perversas consuetudines a tempore Bonifacii marchionis prædictis fidelibus nostris civibus Lucensibus graviter impositas, volentes ut securitates quas marchiones, vel aliqua quælibet persona cum ipsis aliquando pepigerunt, firma permaneant et rata. Decernimus et præcipimus ut omnino nullus iudex Lombardiæ aliquod iudicium vel placitum in ipsa civitate Lucana vel ejus burgo aliquo modo exerceat, nisi nostra specialiter, aut familiarissimi nostri imperialis aulæ cancellarii persona presente. Statuimus itaque ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, comes, vicecomes, nullus legatus et nuntius noster omnino, nullaque persona vel magna vel parva, sæcularis aut ecclesiastica, prædictos fideles nostros Lucanos contra hanc nostram concessionem gravare audeat, vel modo aliquo perturbare. Quod si quis attentaverit, centum libras auri puri pro pœna componat, dimidiam cameræ nostræ et reliquam passis injuriam. Unde et presentem paginam inde conscriptam majestatis nostræ sigillo jussimus communiri. Hujus rei testes sunt Volcherius patriarca aquilegiensis, Joannes episcopus cancellarius, Henricus mantuanus episcopus, vicarius curiæ, Joannes episcopus Florentinus, Robertus Lucanus episcopus, Ildebrandus comes Tusciæ, Guido comes de Gurvis, Menicardus comes de Ferraria, Henricus mariscalcus de Calidia, Cuno de Minchenber, et alii quamplures.

Ego Conradus, Spirensis, episcopus, imperialis aulæ cancellarius, vicedomini Tedicis coloniensis archiepiscopi, et totius Italiae archicancellarii recognovi.

Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis 1209, regnante domino Octone quarto Romanorum imperat. gloriosissimo, anno imperii ejus primo.

Datum apud Fulgineum, per manum Gualtherii imperialis aulæ protonotarii, ii idus decembris. »

Federico Barbaroja en 1164 confirmó mas ampliamente el mero y mixto imperio á favor del obispo de Luca, sobre un gran número de territorios, ciudades y castillos, *piissimorum antecessorum nostrorum exempla secuti* ; y el obispo fué al efecto autorizado *ad legem et justitiam faciendam gubernandum per te et per tuam nuptium, ita sicut nos et noster nuptius agere debuissimus*.

Las repúblicas quisieron agregar á los derechos que habian adquirido respecto del comercio y las otras esenciones el dominio sobre sus vecinos, y de

este modo la misma ciudad de Luca en 1244 obtuvo de Federico II muchas pertenencias en Garfagnana, segun se ve en el siguiente privilegio :

« In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus, divina favente clementia, Romanorum imperator semper augustus et Sicilia rex. Liberalitas imperialis recompensat in premiis impensa fidelium servitia que merentur. Ea propter, per presentis privilegii nostri tenorem notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod commune civitatis Lucae fideles nostri majestati nostre humiliter supplicarunt, ut Castrum Motronis, Montisegatensis, et castrum Luliani, que sunt de Garfagnana cum omnibus eorum, et cujusque eorum rationibus, pertinentiis, jurisdictionibus et districtu eis concedere in perpetuum, et dare licentiam eidem communi recipiendi et retinendi homines et personas quaslibet Garfagnane fideles nostros in concives eorum, qui, vel que effici voluerint habitatores et incolae, vel alios concives civitatis ejusdem, et eisdem hominibus et personis veniendi ad eandem civitatem ad habitandum si voluerint, vel alias se concives faciendi: et quod liceat communibus et aliis singularibus personis de Garfagnana recipere potestates, et rectores civitatis predictae de gratia nostri culminis dignemur. Nos vero ejusdem communis nostrorum fidelium supplicationibus benignius inclinati, attendentes etiam grata et accepta servitia que idem commune majestati nostre exhibuit, hactenus exhibet in presentis, et que exhibere poterit in futurum, eidem communi castra de Garfagnana superius denotata cum omnibus eorum, et cujusque eorum rationibus, pertinentiis, jurisdictionibus et districtu concedimus, nec non ipsis licentiam recipiendi et retinendi homines, et quaslibet personas Garfagnane fideles nostros in concives eorum, qui, vel que effici voluerint habitatores et incolae, vel alias concives civitatis ejusdem, et eisdem hominibus et personis veniendi ad ipsam civitatem ad habitandum si voluerint, vel alias se concives faciendi, et hominibus et aliis singularibus personis de Garfagnana recipiendi potestates et rectores civitatis predictae de gratia majestatis nostre, et plenitudine potestatis, salva in omnibus imperiali justitia. Statuimus preterea, et sancimus ut nulla persona, etc., con le solite formole, ecc.

La ciudad de Luca tomó partido con los prosélitos del papa, y Federico II la castigó, privándola de las antedichas concesiones, dando el señorío de la Garfagnana á su desventurado hijo Enzo; pero habiendo vuelto en paz, lo devolvió al Comun de Luca como feudo; de modo que esta ciudad entró en la jerarquía feudal con respecto al exterior, mientras interiormente continuaba el régimen republicano.

« In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus, divina favente clementia, Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilia rex. Ad prosequenda munifica vota fidelium, et si tum plenitudine gratiae, tum supremae majestatis auspiciis liberalitatis caesareae dextera generali quadam regularitate sic habilis illis, verumtamen gratiosa porrigitur quadam specialitate libentior, in quibus velit fide praeclaris, et operum actione pro meritis servitia recepta remunerat, et praestanda in posterum efficit promptiora. Ea propter per praesens privilegium notum facimus universis imperii fidelibus praesentibus et futuris, quod, licet nos olim provinciam Garfagnanae cum juribus et pertinentiis suis Henrico Juniori illustri regi Sardiniae, sacri imperii in Italia gene-

rali legato dilecto filio nostro de mera donatione nostra duximus conferendam; attendentes tamen fidei purae zelum quem commune Lucae fideles erga majestatis nostrae personam habere noscuntur; considerantes etiam grata servitia quae culmini nostro exhibuerunt hactenus et praesentisurbationis tempore fideliter exhibere non cessant, et quae exhibere potuerunt in antea gratiora, de voluntate regis ejusdem, cui in aliis majoribus providentia paterna volumus providere, de speciali gratia, et ex certa conscientia nostra provinciam ipsam cum castris, villis, hominibus, jurisdictionibus, possessionibus, terris cultis et incultis, aquis et aquarum decursibus, justitiis, rationibus omnibus et pertinentiis suis, videlicet quae de dimanio in dimanium, et quae de servitio in servitium eidem communi fidelibus nostris in fide et devotione nostra persistentibus, in *rectum feudum* duximus concedendum. Ita tamen quod provincia ipsa a nobis et successoribus nostris in perpetuum nomine *recti feudi* de caetero teneant, sicut tenent alias terras eorum districtus, et a nobis et imperio recognoscunt, eis olim a divis augustis progenitoribus nostris concessas, et a nobis postmodum confirmatas, debita quoque et consueta servitia proinde nobis et imperio facere teneantur. Statuimus igitur et imperiali sancimus edicto, quod nullus dux, et nullus marchio, nullus comes, nullus vicarius, nullus potestas seu commune, nulla denique persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis dictum commune, fideles nostros in fide devotione nostra persistentes, super praemissis contra praesentis privilegii nostri tenorem temere impedire seu molestare praesumat. Quod qui praesumpserit, praeter indignationem nostri culminis quam incurret, tria millia marcarum argenti pro pena se compositorem agnoscat, medietate ipsorum fisco nostro, et reliqua medietate passis injuriam applicanda.

Ad ejus autem concessionis et gratiae nostrae memoriam ac perpetuo valiturum praesens privilegium per manus Nicolai de Rocha notarii et fidelis nostri scribi, et sigillo majestatis nostrae jussimus communicare.

Hujus rei testes sunt Manfredus dilectus filius noster, Manfredus Marchio dilectus affinis noster, Petrus de Calabria marischaleus noster, Magister Ricardus de Montenegro magnae curiae nostrae magister justitiarius, Magister Gualterius de Octa dilecti familiares et fideles nostri, et alii quamplures.

Acta sunt haec anno Dominicae Incarnationis 1248, mense decembris vii indictionis, imperante Domino Frederico Dei gratia Romanorum imperatore semper augustus, Hierusalem et Sicilia rege, imperii ejus anno xxviii, regni Hierusalem xviii, regni vero Siciliae l. Datum Vercellis, mense et indictione suprascriptis feliciter. Amen.

Luca posee tan preciosos documentos, que fácilmente podria sacarse de ellos una historia de los hombres y de aquel Comun, desde el momento de la conquista hasta la extincion de la aristocracia, y seria á la vez un modelo y una ilustracion de las vicisitudes interiores de otras ciudades que están muy lejos de poseer tanta abundancia de continuados monumentos, ni una sociedad en su patria que los haya publicado é ilustrado.

(B) pag. 13.

JURAMENTO DE LOS CÓNSELES Y DEL PODESTÁ.

Los antiquísimos estatutos de Génova insertan fórmula del juramento que prestaban los cónsules, la cual Serra (en su *Storia della antica Liguria*, tomo pág. 277) traduce del modo siguiente :

« En nombre del Señor, harémos comparecer al magistrado en este dia de la Purificacion de Santa María, y el mismo dia, terminado el año, le depondrémos.

Harémos todo esto para utilidad de nuestro obispado y del Comun, y en honor de nuestra madre Iglesia.

Conocerémos de las cuestiones privadas á instancia de los interesados, y de las publicas, aun sin mediar instancia alguna y siempre de buena fe, segun razon, y con perfecta igualdad, no amenguando los derechos del Comun en favor de los privados, ni los derechos privados en favor del Comun.

En caso de discordia entre nosotros, harémos lo que la mayoría opine, y si hubiese empate, elegirémos un sabio, cuyo parecer no sea conocido, y seguiremos su dicho.

Ejercerémos el derecho de revocar y mejorar las sentencias pronunciadas por nuestro consulado, siempre que lo reclame la justicia.

No exigiremos directa ni indirectamente mas de tres sueldos por cualquiera sentencia.

Conservarémos intactos á los poseedores, las propiedades, los feudos, y los derechos que hayan poseido pacíficamente por espacio de treinta años.

Quando alguna de las partes no encuentre abogado que la defienda y nos lo haga presente, nosotros se lo elegiremos, y si este rehusase ó no obrase de buena fe, no le permitiremos ejercer mas su profesion ante Nos, durante nuestro consulado.

Mandarémos á los testigos llamados á juicio por las partes, que comparezcan y digan la verdad, obligándoles, caso de no hacerlo, al resarcimiento de los daños ocasionados. En las causas mayores, el número de testigos no bajará de doce.

Castigarémos á nuestro arbitrio á cualquiera persona que, invitada para declarar como testigo, no quiera comparecer ante Nos y jurar la verdad, aun cuando dicha persona esté ordenada *in sacris*, porque así lo exige la justicia.

Pronunciarémos nuestras sentencias públicamente en el término de quince dias, contados desde que se presente la demanda, á no ser que el dia en que espire este término sea festivo, ó se nos olvide, ó desista de ella el actor.

En caso de homicidio premeditado y manifiesto, desterrarémos al culpable, tomarémos sus bienes, y darémos la posesion de ellos á los próximos parientes del muerto, y cuando estos no la admitiesen, á la catedral. Si de las pruebas no resultase con claridad la persona del reo, permitiremos á los parientes hasta el tercer grado que pidan contra aquel que sospechan cometió el delito, que se le imponga la multa que quieran, ó á lo ménos la que pueda pagar el acusado; pero si este se negase á darla y desafiase al acusador, le será permitido, y entónces castigarémos al que sucumba, como habríamos castigado al homicida manifiesto.

Cualquiera que llevase armas, desde el toque de la gran campana hasta que concluya el parlamento, será por Nos condenado al pago de diez libras, y si posee mas de cincuenta, le impondrémos una libra sobre las diez y ménos de una libra á nuestro arbitrio, si se hallase en estado de pobreza.

No permitiremos torres cuya altura exceda de ochenta piés, y las que se construyan de mayor elevacion, las harémos rebajar, condenando á los transgresores al pago de veinte sueldos por pié.

Despojarémos de todos sus bienes y derechos en favor del erario público á los monederos falsos y sus cómplices; propiendrémos al parlamento que sean desterrados perpetuamente, y viniendo á nuestro poder, les harémos cortar la mano derecha. Para tan fuertes castigos, será necesario al ménos que el reo resulte confeso ó convicto mediante la legal declaracion de testigos.

Cualquiera que sea invitado nominalmente por Nos ó

T. IV.

el pueblo, para que se inscriba en nuestra corporacion, y no se adhiera dentro de los once dias siguientes al de la invitacion, no será ya recibido en los tres años sucesivos; no admitiremos sus instancias en juicio, salvo si fuese obligado á defenderse; no le nombrarémos para ejercer los oficios públicos, y prohibiremos á los de nuestra corporacion que lo recojan en sus naves, ó defiendan sus causas ante los tribunales. Lo mismo harán los cónsules que despues de Nos se elijan, y sus sucesores.

Quando queramos mandar embajadores, no les asignarémos mayor sueldo que el aprobado por la mayoría del parlamento, y su asignacion precederá á la eleccion.

Evitarémos que se importen á nuestro distrito mercancías que perjudiquen á las de nuestro país, excepto las maderas y demas aparejos de las naves.

No emprenderémos nuevas guerras, ni organizaremos ejércitos, ni decretaremos prohibiciones ó tributos sin el consentimiento del parlamento. Tampoco aumentarémos las gabelas marítimas, excepto cuando tengamos alguna nueva guerra en la mar; pero serán iguales para todos.

Quando un extranjero sea admitido en nuestra compañía, le exigiremos juramento de que tendrá habitacion no interrumpida en nuestra ciudad, segun la costumbre de los demas ciudadanos; pero para los condes, marqueses ó personas domiciliadas entre Chiavari y Portovenere, bastará su residencia por tres meses cada año.

Observarémos fielmente los pactos sobre monedas con aquellos que están obligados con el Comun. Del mismo modo serémos leales ejecutores de los tratados con los príncipes y pueblos extranjeros.

Siempre que se hagan nuevos convenios, ó nuevos alistamientos, tendrémos cuidado de que se trascriban en el breve consular.

Bernardino Coto inserta los relativos á Milan (l. II, p. 86), que aquí reproducimos aunque algo renovados.

« El primer dia del siguiente mes de abril, juraba el podestá sobre los santos Evangelios, que todo el tiempo que gobernase el Comun de Milan, sus arrabales, ó su jurisdiccion, se comportaria del mejor modo y con la prudencia posible en bien y utilidad de aquella comunidad, especialmente en las guerras ó paces que sobreviniesen. Las convenciones y concordias que se hiciesen entre esta y otras ciudades ó personas particulares, las haria poner por escrito, y conservarlas. Ayudaria y mentendria al Comun de la ciudad en las concordias y convenciones escritas, ó bien ratificadas, y en los tributos, especialmente los de los lugares situados mas allá del Adda, y los concedidos á esta inclita comunidad por el emperador Federico ó su hijo Enrique, ó por Oton, rey de los Romanos, é inquiriria diligentemente si aquellos territorios se poseian por la memorada república, y cuando así no fuese, juraba recuperarlos con todo el poder que tenia, y conservarlos bajo el dominio de esta ciudad, especialmente las tierras de Ponzio y de Melegnano. Juraba tambien no ser caudillo, ni espía en daño de la predicha ciudad, ni en utilidad de ningun enemigo suyo ó de ninguna sociedad que lo fuese. Prometia subir á su oficina una vez al dia, hallándose dentro de los fosos de Milan, administrar la justicia en utilidad de esta república y no pasar veinte dias en todo el año sin ocuparse en beneficio de la comunidad. No hurtar, ni hacer ningun fraude, ni consentir que se hiciese por otros, y caso de cometerse alguno de estos delitos, participarlo al consejo público y al parlamento dentro de ocho dias, no siendo descubiertos los reos en este término. Que no adquiriria cosa alguna, ni aun con beneplácito de ninguna persona, por razon de su oficio, ni obligaria á nadie, ni haria daño al que fuese obligado, y si aceptase alguna cosa, la restituiria al que la dió, ó mas bien al comun de Milan